

17

illum quantum potero, impellam, quo tandem tediousissimo
negotiorum semel et serio expediar. Valete fraternissimi
et mei modestiunculae apud Batavum recordamini. Gal't
Z. om 100 Wel doen in dannon. Haga s. D. Maij 1675.

Overbeckium illum per Burchi C. Hugenius.
quem a solis opibus commendas
non inspexi. Suspexi tamen ut
tales soleo indignabundulus fateor
et vultu in Fortuam satis
maroso, perquam evenire fertur
quod patientur opes, aut
illud quod dicere volo. Nescio quid
divini in homine competam habeatis
ego valde hominem repperi.

G. Barleo.

(17)

Novistis plerique amicorum occupationes meas, quamvis
illae à subito alterius nutu variè me interpolant,
Itaque nec causam quidem apud Te dico Barleo Doctissime,
quo tarde respondentis minus succenseas. Sane enim,
nunc etiam quod scribo raptim egero. Manes tuos,
nobilissimum Carmen, cuius nullum Heinsium pude-
at aut Grotium, ut Lucanus ego non addam, Principi
meo, absque valetudo ejus fuisset, statim, ut injunctas
obtulissem, nunc differre satius duxi, et mollium hora-
rum occasionem accipere. Sicut, ut apertè tecum agam,
nihil adeo gratiarum ab eo polliceor. Latina lingua
quantum puer imbibit, satis parè retinuit, ut non semel
vitreis insculpentem videas. Patientia laesa facit fieri,
quam tu sedulam lectionem ab illà eruditione expectan-
dam censes. Stabo promissis tamen, et quandoquidem
ita vis, exhibebo luculentam egregii civis operam Patri
Patriae supremo praestitam. Porro ut Musas meas nihil
esse minus quam sedentarias scias, ecce qui scribendi
otium invenire non potui, hoc ultro citroque commendo
versus fudi. Vulgo conceptos versu dixeris, nati enim
in compito sunt, et procul a recessu. Qui id indicabunt
et si apud Te asseruari contigerit summo anxium ho-
nori affecti videbuntur. Neque ego minus, si me amare
pergis, qui te merito. Vale Hag. Comitibus 26. Septemb. 1675.

Raphaëlem Thomium, insignem
virum e viciis, excessisse, si noscitis
quam agerime annuncio.

C. Hugenius

Ad